

Z d
1451



QK.
308

7

J

IN I

RI

CÆS

EX

G



ZA 1452

I

An 7

PANEGYRICUS,

SUPREMIS HONORIBUS

PER QUAM GENEROSI, MAGNIFICI AC NOBILISSIMI

DOMINI,

JOHANNIS GEORGII
AB OPPEL,

Domini in Lomnitz, Gosdâ, Lampers-
& VVellersvvaldâ, superioriqvè ac inferiori Lich-
tenau &c.

S. Romani Imperij Exempti, & Comitum Palati-
ni Cæsarei,

nec non

Serenissimæ Electoris Saxonicæ

Consiliarij intimi, supremiq; Censuum Præfecti &c.

Summi ac Illustris deq; universâ Patriâ meritissimi Viri,

Scriptus Wittenbergæ

ab

OTHONE PRÆTORIO P. P.

Typis JOBI WILHELMI FINCELII, Anno 1662.

PANEGYRICVS
SVPREMIIS HONORIBVS
AB AM GNEROSI, CALIENICI AC NOBILISSIMI
DOMINI
IOHANNIS GEORGII
AB OPPEN
Domini in Romanis, Godes, Lampers-
& VVeltswalds, Superioris ac inferioris
S. Romani Imperii Archicamerarii, & Comitum Palatin-
um Rheni, in Electoralibus, & Capitaneis
Saxoniae, & Silesiae, & in
Consilio Imperatoris, & in
Saxoniae, & Silesiae, & in
OTHONE PRÆTORIO P. P.
JOHANNIS GEORGII

Et
He
Sat
Lu
Sed
Nu
Cea
Mo
Infe
Et
Neo
Vel
Non
Suff
Et
Ast
Ingr
Una
Non





S I tibi de lacrimis procedunt carmina fufis,
MELPOMENE, nostrū nec detestabere luētū:
Huc ades, atratoq; caput velamine cinēta,
Et pullas induta togas sub fronde Cupressi
Heic mecum pariter gemitus & carmina redde.
Sat nobis nostrisq; datum; sat funera parua
Luximus, & tacito singuitu pressimus ora.
Sed nunc WITTENBERGA suis, nunc LIPSIA bustis,
Nunc quoq; DRESDA vocat. Vulgares cedit fletus,
Cedit, plebejas queis fas est plangere mortes.
Molitur majora animus: Sed, munere cœpto
Inferior, metuit rapidis dare vela procellis,
Et tentare Thetin conspectam incerta carina.
Nec tantos etenim manes vel carmina Vatum,
Vel Phœbiresponsa valent maētare decenti
Nomineis & laudis titulo; nec nostra Camœna
Sufficit, OPPELII fati assurgere Lesso,
Et tristi ferale metro decorare sepulchrum.
Ast vires pietas addit, stimulatq; timentem,
Ingressum quò pergat iter. Jam carminis ordo
Unde prius surgat? Num splendida stirpis aruit
Nomina, & à Tritavis traductum nobile stemma,

Aut claras memorem dotes, quæ, JANE GEORGI,
Te super humanum studium sortemq; locarunt?
Est equidem non vanus honor, si fulta triumphis
Atria majorum, si sumserit ordine virtus
Incrementa, suisq; nepotibus ipse proauctor
Clarius evadat. Sed si tamen ardor honesti
Et desit virtutis amor, nec origine dignum
Te tantâ prestes, marcescit gloria prisca,
Et moritur, sicutam improbitas si subtrahat escam.
Tu generi antiquo, cerisq;, Patrumq; decoris
Ingentes equâsti animos: generosaq; raram
Pectora virtutem primo cum lacte biberunt.
Proh! quantus teneris ignis se prodidit annis?
Quanta minabantur conamina, Verna juventa
Tempora? Non Te luxus iners, non pigra tenebant
Otia, non facilis Tibi blandimenta soporis
Frangebant animum. Poteras hos temporis hostes,
Has juvenum pestes (quæ vix-gemmaria tollunt
Semina, & ingenijs non raro præcoqua fata
Accelerant) docto penitus superare labore.
Scilicet illa tuis insedit cura medullis,
Illa tuam semper versa vit opinio mentem,
Ut Sophiæ pariter, Themidosq; & Apollinis artes,
Et quicquid Svadæ pandunt ora clæ lepōris,
Sive sit à Grajis p. & scriptum, sive Latinos,

Aucto-

Auctores habeat, scires; ne fortè lateret,
Quod deceat quondam. Dum tanta crepundia tra-
Felici crescit successu docta libido. (Etas
Hinc nihil intactum, nihil impenetrabile mansit
Tam vigili studio. Neq; enim sua munera Muse
Aut sacra præcludunt; quin cedunt cuncta petenti:
Dumq; fovent teneros, & complectuntur adultos,
Sunt Matres Sponseq; simul. Sic illa per omne
Te Pindi spatium Divarum gratia duxit,
Et docuit patrijs pateat quod latius oris
Virtus, & fines agnoscat climata mundi
Omnia, quæ Phœbus renovato lumine surgit,
Quæq; caput rursus pelagi sub gurgite condit.
Ergo Lares patrij, quibus agmina stulta senescunt,
Non placuere Tibi ulterius; Sed clara Lycæa
Mens fuit ac alijs ignotas visere terras.
Haud aliter pennis aq; vile modò pullus adultis
Aut sublime volat, tenuesq; perambulat auras,
Aut planum rivòsve petit, si præda recurvos
Invitet fortasse ungues. Natura subactis
Ingenijs alio posuit molimine metam,
Quàm quibus ignavis decurrunt secula curis,
Et nimium sua terra placet. Non semper Achillem
Pelion aut Scyros tenuit; non Thesea Træzen,
Ajacemq; suum Salamis Telamonia clausit;
Non Ithacam semper coluit Laërtius Heros. Quæ

Quæ tuus, OPPELIDES, fervor non transijt arva?
Quæ freta non tranavit amor peregrina videndi?
Excelsas genij dotes cum Belgâ probaret,
Cum caneret reliquo divisus ab Orbe Britannus,
Et mirarentur Galli, gratiq; stuperent
Helvetij, quis Te tunc fortunatior alter?
Non turre saltem, & triplici circumdata muro
Mænia spectasti: veluti canis anxius undas
E Nili fluvio potat, nec tuta pererrat
Littora; sed passu, quantum valet, alite pergit,
Insuetos metuens fluctus & murmura ripæ.
Omnia quæ virtutis erant, quæ laudis habebant
Egregium nomen, studiosâ mente notasti,
Inq; Tibi varios formasti sedulus usus.
His quantum gavisa tuis feliciter ausis,
Et talem gratata fuit sibi Patria Natum!
Nec vaga spes animum, nec votum lusit inane,
Splendida cum meritam vestiret Purpura frontem,
Et jam Consilij maturum SAXO vocaret,
SAXO, justitiâ & victricibus inclutus armis.
Hic tuus in mediâ sic fulgor splenduit aulâ,
Ut cum surrexit nocturnis Hesperus horis,
Sider eaq; faces Regemq; Ducemq; sequuntur,
Ille omnes post se radio rutilante relinquit.
Dexteritate fides nunquam minor exstitit, atq;

In-

Innumeras artes major prudentia vicit.
Ipse tuæ timuit Mars improbus arma loquelæ,
Et sua deposuit, quamvis acerrima spirans
Prælia, & occultas meditans, ut bella moveret,
Insidias. Doctæ sic dudum Martia lingua
Laurea concessit: sed restamen illa nec unquam
Auspicijs caruit summis. Quæ Te quoq; multis,
O ingens Patriæ columen, Statorq; quietis!
Sunt comitata modis. Ut credidit INTIMA PRINCEPS,
Et Tibi supremos de CENSU adjecit honores:
Utg; PALATINI COMITIS Te munere dignum
Romani Imperij NUMEN TERRESTRE putavit;
Splendidiora dedit virtus: quæ crescit amata,
Et duplo reddit, gestis si debita merces
Adsit, nec vano speretur gloria nisu.
Quis nescit, toties Te summa pericula subisse,
Ut Patriam tutam prestares? Quanta laborum
Agmina Te veluti jurato fœdere quondam
Impetière, tuis caperent ut cætera factis
Otia? Consilij Collegam Principis esse,
Non facilis sanè mollisq; sed ardua res est.
FORTUNATE SENEX, qui tanta negotia nunquam
Tractâsti infelix, aut detrectanda putâsti:
Quiq; ELECTORIS juxta populiq; favore,

Lau-

2d 1451 QK I
Laudibus & proprijs, dignoq; potitus amore,
Præmia pro tantis meritis æterna tulisti.
Hæc probitas, hæc prisca fides monumenta relinquit:
Talia doctrinæ studium cumulumq; sequuntur.
FORTUNATE SENEX, qui per tranquilla Senectæ
Tempora, spectasti numerosa pignora prolis,
Quæ virtutis iter sublimi tramite currunt,
Atq; paterna legunt presso vestigia gressu,
Nec satis hæc tenui laudari carmine possunt.
Innocuos mores, ac religionis amorem,
Assiduasq; preces comitantur tanta brabæa.
FORTUNATE SENEX, placidâ qui lumina morte
Clausisti, vitamq; tenes, quam crimina Leti
Et Parca nequeat fatalis ledere sica.
Nos gravis intere à luctus, tua funera propter,
Urget, & in TE uno tam multa perisse dolemus,
OPPELIÆ GENTIS DECUS INGENS, GLORIA SUMMI
CÆSARIS, ELECTORIS AMOR, PATRIÆ QVE LABAN-
TIS
PRÆSIDIIUM, JURIS DOCTRINA NOBILIS HEROS.
Cætera cum gemitu lacrimarum flumina sorberet.





PANEGY
 SUPREMIS H
 PER QVAM GENEROSI, MAC
 DOMIN
 JOHANNIS
 AB OPI
 Domini in Lomnitz,
 & VVellersvvaldâ, superior
 tenau &
 S. Romani Imperij Exem
 ni Cæsare
nec non
Serenissimi Electo
 Consiliarij intimi, supremiq̃
Summi ac Illustris deq̃, universâ
 Scriptus Witten
ab
 OTHONE PRÆT
 Typis JOBI WILHELMI FIN

